Disiunctum est color vicesimus quartus verbor[um] quo diverse clausule sequentes claudimus specialibus verbis unum tamen suppositum habentibus etiam in p[ro]prio invicta omnibus rectis exemplum hectora maria amoint morte dedit vitam et restituit nitidis dictum dicitur autem a disiungendo quia disiungit clausulas verborum p[ro]ducens rem a dicens suppositum communem et unum suppositum repetitis distinguit verba et p[er] verba absolute p[re]sentantur verum adibreviatorem.

Coniunctum est vicesimus quintus verbor[um]

Particula p[ar]s 2a

quintus color quo due clausule disiunctim coniuncte claudunt in uno verbo in medio posito exemplum forme dignitas deflorescit aut morbo aut vetustate p[ro]p[ter] talis combinatio clausularum fieri p[er] intervallum aut aliam p[ro]portionem.

Adiunctum est vicesimus sextus verbor[um] color in quo due clausule disiuncte coniunguntur in uno verbo a principio vel in fine posito et sic non in medio p[ro]p[ter]. Nota antiquitus istos tres colores scilicet coniunctum et adiunctum nominantur exemplum zeugma quia si verbum ponitur vocatur p[ro]zeugma si in fine ponitur vocatur ypozeugma si in medio vocatur mesozeugma.

Conduplicatio est color vicesimus septimus quo dictio aliqua causa amplificationis vel indignationis resumitur in clausulis diversis geminative vel aliis sublatis affectus exemplum dic homo p[er]dite p[er]dite dic cur neglexisti illum qui p[ro] te mortis amaritudinem subiit etc. Dicitur iste color a colore repetitionis quia iste in principio repetitio in principio et fine.

Interpretatio est vicesimus octavus verbor[um] color quo una littera aut sillaba aut dictio p[ro]prius incognita exponitur p[er] aliam magis cognitam aut ethymologizatur aliqua significata de ad bonum sive ad malum exemplum Ihesus iste vero est salvator verus salvator Christus regnum redemptorem vestrum salvatorem tutorem vestrum etc. Aliqui dicunt quod sit repetitio certa unius sententie sub aliis verbis.

Commutatio est vicesimus nonus verbor[um] color quo dictiones que sibi sunt p[ro]pinque in uicem ponuntur quod posterior in priori commutatur de converso sine hoc quod sit in sententiis discrepantibus sive indiscrepantibus exemplum de discrepantia ut id quod tu amas hoc est fugiendum et quod tu fugis hoc est amandum. Secundo de p[ro]pria gratia et quod gratia pietas dei hec autem fieri multis modis scilicet mutatione adiectum in substantivum vel verbi in gerundium vel cum suppositum sit appositum aut econverso.

Permissio est tricesimus verbor[um] color quo quis in locutione humiliat rem magnam scilicet aut se alteri p[er]sone sic humiliando quod se totum et omnia sua ad voluntatem alterius attribuit et indignitate sola ac aliis sic se exponit ac si talis numquam fuerit exemplum me totum tibi tribuo da dari tolle flagella pavere iube p[ro]hibe facias ut libet ergo servus ergo domine sit liber vite servus. Utilis est hic color ad causa scilicet ad misericordiam ad obtinendum et ad placandum.

Dubitatio est color tricesimus primus verbor[um] quo in oratione dubitativa sed multa verba se consequentia subinferuntur quod quod eorum sit eligendum aut acceptandum penitus ignoratur. Et fit dupliciter primo modo indignative exemplum ego nescio an fratris exemplicitate vel malignitate nescio an tibi non sit similiter aut negari 2o favose exemplum o bone ihesu quem te dicam vel patrem vel fontem pietatis.

Expeditio est tricesimus secundus verbor[um] color quo in aliqua locutione plures subinferuntur interrogationes cum suis responsionibus et post quod sit potissima subinfertur illative in eo verbo consistat aut alio proportionali exemplum quis debuit esse redemptor hominis vel purus homo vel angelus homo vel deus homo. Non homo angelus quia in p[ro]pria natura lapsus erat vicinus in debiliori. Constat ergo quod deus homo redimere debuit genus humanum. Utilis est color ad conclusiones argumentationes et ad expeditionem dubitationum.

Dissolutio est tricesimus tertius verbor[um] color quo plures ordines p[ro]feruntur sine coniunctione media brevitatis gratia ut causa quelibet hec sui sensu per se et independentiam hec ad alteram. Utilis est hic color ad quatuor primo ad energiam locutionem 2o ad brevitatem tertio ad p[re]hensionem causam explendam quarto ut vocatur dicta in articulo quia iste fit in ordinibus ille in dictionibus.

Precisio est color tricesimus quartus

Particula prima

verborum quo quis in sue mentis furore dicat se aliqua mala concepisse et incipiendo loqui transcendit sermonem aliud cuius partem obmittendo differt iste color abocupatione [illegible] quia in occupatione id quod dicimus nos non velle dicere id dicimus, sed hic quod debebat dicere non enarramus. Habet iste color in materiis indignationis et iracundie et suspiciosis et celestiis.

Conclusio est

tricesimus quintus color quo fabula quam prius longo sermone ut expedita se breviter finali concludunt et illacione verum autem nisi sit certus morte et nisi hic morti incertus certum quo magis est expavescendum in certo et hic hic alia conceditur quod alogito tamen ad eandem conformitatem scilicet.

Eufonia est

color verborum tricesimus septimus quo fit bona sonoritas tam in uoce quam significatio alicuius orationis. Eufonia fit multis modis primo in compositione bona et delectabili dictionis aut locutionis. Secundo in bona inventione medii idest bono competenti inventore tercio in bona elocutione.

Antimetabola est

color verborum tricesimus octavus quo mutantur verba cum sententie permutatione. Secundo non quod aliquando mutatis verbis non semper mutatur sententia ut patet proverbia formando carmina aliqui retentis eisdem verbis mutant sententia ut patet in equivocas hic autem fit color ubi verbis mutatis mutatur sententia.

Antipofora

est color verborum tricesimus nonus quo tacite obiectioni respondetur et expresse et hic color multum currit in sollicitationibus si autem respondetur ubi [illegible] inquirit cuius filius sit Christus dicunt David et autem videtur expresse si filius est David quomodo ergo David in spiritu vocat eum dominum dicens dixit dominus domino meo.

Antropospatos

est color verborum quadragesimus quo humana passiones attribuimus deo per similitudinem et convertit humana ratio assensu receptam secundum ultimum posse virtutis sue sicut sed quia deus et magnus rex magnus dominus etc. Dicitur secundum ultimum virtutis sue quia deo multa sensimus in lumine supernali et superiori.

Concordia est

quadragesimus primus verborum color quo omnes mediantium verborum conveniunt et concordant vel in unica omnibus tantum vel in integris dictionibus et hic color includit omnes species tremorum consonos in quo aut differt a silicradente aut a simili desinente brevitatis causa obmitto.

Pecsorasis

est color quadragesimus secundus quo aliqua dictio sui applicabilitate nata est trahi ad uno que plura disiunctim. Emphasis est color verborum quadragesimus tercius quo quis volens exprimere accidens utitur nomine substantivo predicando sive id accidens ad maiorem expressionem. Endiasis est color verborum quadragesimus quartus quo in aliqua oratione ponuntur duo substantiva quorum alter resolvitur in adiectivum.

Anaphora est

color verborum quadragesimus quintus quo una dictio repetitur aliquociens ad maiorem certitudinem vel veritatis confirmationem vel desiderii expressionem. Eufonismos est color verborum quadragesimus sextus quo verbum ponitur pro verbo. Ciulage est color verborum quadragesimus septimus quo unius ponitur pro numero et hic possent poni multo plures verborum colores sed ista dicta sufficiant.

Particula secunda

Sententiarum

colores sunt colores tredeno numero comprehensi illapsu suo cadentes super omnes integras sententias in se habentes dictiones et significatio quia significatio reperitur solum in dictione sententia aliter non nisi in oratione perfectum sensum in animo audientis facientem. Tercio

Particula secunda

notandum quod colores sententiarum ideo dicuntur colores quia quando dictio coloratur sine sensu plenum est quasi vagina aurata sine gladio cum sensu sit oratio hic utilis est dulcis et grata cor et animum recreans audientis.

Distributio est

primus sententiarum color quo pro causas omnibus attribuit actus proprios secundum accommodam enumeratione singula singulis attribuendo secundum officia aut actus. Dicitur autem distributio quasi distributio quasi tributio unius pro ne actuum plurimorum vel diversorum officiorum unius pro ne actuum plurimorum vel diversorum officiorum unius persone eorum in morte dormire et quiescere in mole vigilare et laborare semper autem desipere bonum est et cetera cuique prudenti. — 2

Licentia est

secundus sententiarum color quo eos quos honorare debemus modesta correctione corripimus complacentia tamen verborum observata. Correctio dicitur in inferiores sed amonicio vel amicio dicitur respectu parum aut superiorum et secundum hoc sumitur licentia. Dicitur autem iste aut secundum ironia reducitque superiorem aut moderate. — 3

Significatio est

tercius sententiarum color quo aliquid dicitur et tamen plus intellectui relinquitur quam quod ore exprimitur. Et hec subspecies quinque prima habundans est qua res attollitur magis quam veritas rei appetitur. Secunda ambigua est cuius statim potest verti in duos sensus quorum unus est honestus et serius alter vero derisivus et iocundus. Tercia consecutiva quarta abscisiva quinta similitudinaria. — 4

Diminutio

est quartus sententiarum color quo quis apposito diminuit laudes alicuius aut suas ne per arrogantiam compescit aut adulationis blandimenta esse amoneat. Debet autem et significatio et diminutio modica fieri quia secundum Kathonem nec te collaudas nec te vituperes ipse sicut stulti faciunt quia utrumque vitiosum sed tamen modeste se habet hic color committitur. — 5

Descriptio est

quintus sententiarum color quo quis mediante aliqua illativa coniunctione infert plures orationes se consequentes ad unum propositum verum si principis iusticia cessaret tunc ipsis cuncta et subditi perderentur. Alit autem hic descriptio consideratur quam secundum logicam. — 6

Divisio est

sextus color sententiarum quo quis plures orationes in sententia dividit quarum tamen quilibet absolute ponit. Divisio fit tribus modis primo quando aliquid equaliter ponitur secundo per in partes in speciales descenditur secundo quando partes impertinentes ut ordinem habeant segregat et unaqueque ut fiet sua infinita ponit secundo quando de absoluta locutione fit [illegible] — 7

Frequentatio

est septimus sententiarum color quo quis se ipsum accusat ad se quasi ad alterum loquendo et iniurias se ipsum quasi alterum increpando sibi ipsi plurima crimina imponit. Fit autem tribus modis primo aggregative hoc est quando colliguntur plurima vitia in una sententia secundo quando quis [illegible] se ipsum accusat tercio disciplinative. — 8

Expolitio est

octavus color sententiarum quo quis alicui indignissime persone pluribus orationibus maximas laudes attribuit et gloriam magnam subyronia facit. Fit autem quinque modis primo modo laudative secundo vituperative tercio prudencialiter ut sed quando in eodem loco manentes aliud atque aliud dicere videmur ut sententiam eo pertinus exprimemus quarto fit per excitationem quinto per commutationem sexto per pronunciationem. — 9

Commoratio est

nonus sententiarum color quo quis per plurima media tendit ad unum principium sibi placitum et habilem et principalem et stat firmiter in eodem et durans ad idem sepius regrediendo. Fit autem duobus modis primo modo quando in oratione in qua totum pondus sententie dum manemus et sepe eundem repetimus secundo quando quis pro defensione sue cause inter multos articulos ad principaliorem rediens stat diutius ut ponderet. — 10

Similitudo est

decimus sententiarum — 11

Pausa secunda

color quo ad confirmationem sententie comparatum adducitur ex re dissimili in specie propter proprietatem attributa utrique iuxta naturam alicuius vel adulterium traditur similitudinis coequatio. Adhuc colorem requiruntur primo quod res sint bene proportionabiles ad se et secundum naturam ut ibi lupi dicebant ad pastores date nobis canes et erit pax eterna etc. 2o ut sciant rerum proprietates perfecte qui vult similitudine facere. Tercio ut sit expertus in artibus humanis et ut remittat assimilet ad intellectum sapientium. 4o ut consilia verba subtilia vel enim accendantur

12 **Exemplum est** undecimus sententiarum color quo adducitur aliqua oratio aut dictum auctoritate alicuius autentica aut famosi ad propositum bene declarandum. 2o nota quod differt similitudo comparatio et exemplum et eciam conveniunt in hoc quod in omnibus quod sit similitudinis introductio differunt autem quia similitudo fit inter diversa vel eadem specie comparatio autem convenit inter res diverse speciei exemplum autem inter idem dictum diversorum auctorum nominatio specialis vel generalis ut quidam philosophus quidam theologus quidam gramaticus quidam rethor

13 **Imago** est duodecimus sententiarum color quo una res ponitur simpliciter pro alia similitudine mediante causa laudis vel vituperii. Exemplum laudis cursus tigris non virtute leonis nos. Exemplum vituperii ille malignitatis nature hostis actor bonorum depopulator. 2o nota convenit hic color cum similitudine quia ambo comparant res ad invicem et differunt quia in similitudine primo ponitur simile et post comparatur proposito nem[...] alterius sed imago ponit unam rem loco alterius dans subintelligere similitudinem ut asinum pro stulto et porcum pro luxurioso et qualiter differt a transumptione colorum

14 **Affectio est** tredecimus sententiarum color quo aliqua res per sua signa aut accidencia extrinseca sic notificatur quod talem formam sufficienter intelligimus per talia verba dicitur autem hic color affectio quia informat nos de dispositione rei quam affectuosissime desideramus scire dicitur effectio quia efficit ut formaliter agnoscamus. Et ego in magno vinculatorio posui tibi de quolibet colore epistolas in tectis per subtilissima poetica verba

15 **Notacio est** qua natura intrinseca alicuius rei certis signis notificatur. Exemplificat quamfredus in nova poetria de diabolo sic serpens callidissimus subpropositus promulget negative lingue indoctos viros virus proponens eis. Differt hic color ab affectione quia affectio notificat formam exteriorem notacio interiorem

16 **Sermocinacio** est quindecimus sententiarum color quo secundum accomodam suppositionem diversis ac pluribus rebus seu personis attribuuntur prout unicuique persone aut rei commodius accomodari videtur. Et est multiplex sermocinatio prima dyalogica altera dyascalica tercia absoluta quarta condicionata quinta brevis sexta longa. Et in tercia tractatu posui tibi multas species sermocinacionum scilicet hermeneuticum etc. ibi vide

17 **Confirmacio** est sedecimus sententiarum color proveniens ex eo quod aliqua res nec loqui nec audire valens fingitur loqui vel audire ut patet in quadripartito vel in asinario. Convenit hic color cum prosopopeia sed in hoc tamen differt quod iste color est ad coronandum prosopopeia fit tamen ad prolongandum et aliquando ponitur hic color pro prosopopeiam

18 **Brevitas** est decimus septimus sententiarum color quo sententia aliqua nostris tantummodo verbis exprimitur superfluis omnibus resecatis et ego eam in toto presenti libro brevitate uti volo in omnibus sciens et adhuc materia erit multo maior quam biblia. Qualiter autem brevitas fieri debet docebitur infra de modis abreviandi

19 **Demonstracio** est decimus octavus sententiarum color cuius veritas fit res gesta evidenter persuaderi videtur ac si tota in presenti geri videatur. Ad demonstratio debet perfecta requiruntur quinque. Primo quod videat quod rem antecedit 2o quod consequitur rem tercio quod statim sit post rem quarto consistitur sit in ea re quinto quod fecit rem

20 **Sentencia est** color sententiarum decimus nonus quo per aliquem orationem aliquid exprimitur moderate ut plus intellectui auditoris delinquitur

Pausa 2a

orbanitatis causa hic ponitur color sententiarum et prius positus in coloribus verborum sed disparuit nam ibi ut dixi in dictionem hic ut in oratione mentalem vel expressam et ideo cum alio colore dicuntur sententiarum colores

21 **Eubasis est color** sententiarum vicesimus quo quis in locucione longa cum bona ratione ac intellectione digreditur a materia proposita et postea cum bona memoria ac bona ratione ad principale propositum debite regreditur. Volens facere eubasim debet observare duas condiciones primo ut ornate progrediatur 2o dicitur a beu quod est bonum seu ornatum quasi ornatum in verbis et bonitate sententie 2o quod si incidentaliter digressus fuerit regrediatur se tenens se ad principale propositum

22 **Epilogus est** sententiarum color vicesimus primus restringitur repeticione et totius sententie in conclusione. Epilogationem facere volens debet observare tria primo quod ordinate progrediatur in materia quia ubi non est ordo epilogus esse non potest 2o ut prima posita maneat sua in paucis verbis quam prius multis erat involuta 3o ut clara sit summa

23 **Ethos est** color sententiarum vicesimus secundus quo quis sola urbanitatis gracia alicuius sermonem pluralem ad unum ut nos fidentes nos paulus vel paulinianus. Convenit hic color maxime in tribus casibus primo viris in excellencia dignitatis existentibus 2o illis amicabilibus adulatoribus tercio in poemate maxime locum habet causa ornatus

24 **Litote est** color sententiarum vicesimus tertius quo quis per aliquam orationem minus dicit sed magis dat intellectum significative in malo. Differt autem hic color a sentencia quia in sentencia moderata expressio fit urbanitatis causa in bono hic vero in malo sumatur tamen hic urbanitatis in hoc quod sapiens ostendit exprimendo minus de malo quam debet. Hunc colorem aliqui aliter describerunt

25 **Omoyasion** est color sententiarum vicesimus quartus quo quis apparatui operatoris unius bestie attribuit alterius aut unius rei operatoris attribuit alteri propter condependenciam actuum appriatorum ut lingua mea meditabitur iusticiam. Si hic color debet fieri requiruntur tres condiciones primo quod res sint aliqualiter condependentes secundo quod sint actus appriati harum rerum tercio quod possit unum supplere per aliud

26 **Prosanica est** color sententiarum vicesimus quintus quo proponitur questio cui ut sic propono non potest una voce responderi convenienter sed separatim. Fit autem hic color multis modis primo commutacione tamen aut rei 2o occultacione intellectionis causa principale tercio brevitate quarto materiei altitudine

27 **Precisio est color** sententiarum vicesimus sextus quo quis leta aut tristabilia presentis carmina facit ad exclamacionem possessione quod talia magno efferuntur corde. Hic color fit circa quatuor maxime sensibilia primo circa maxime tristabilia et luctuosa 2o circa maxime delectabilia et dulcia tercio circa ardua quarto circa utilia quinto circa sublimia. Dicitur autem precisio quia precise rem que exclamatur ostendit

28 **Raciocinacio** est color sententiarum vicesimus septimus quo quis aliquid a se ipso querit et postea eiusdem quesiti sibi ipsi racionem assignat. Differt iste color a raciocinacione ut est verborum color et sententiarum ut patet ex differenciis eorum. Causatur autem hic color maxime in tribus primo in reprehensione alicuius facti 2o in indignacione 3o in consilio 3o

29 **Topologia est** color sententiarum vicesimus octavus quo quis concludit sermonem ad certam personam cum intelligentia sensus occultus. Sunt alii plures colores quos posui in magno vinculatorio. Characterismos qui est color quo describitur forma corporis aut mentis sub aliqua figura. Prosopografia est quo validus defectus describitur in corpore sed quia coincidunt cum figuris ideo de figuris dicetur circa etc.

1 Transsumpcionis colores sunt tredecim colores in numero tam verbis quam sentenciis convenientes quibus dictio que ab oratione transfertur a proprio significato ad alienum propter aliquam similitudinem in utroque. Vero certa ad transsumpcionem faciendam debite requiruntur tres condiciones. Primo conveniens similitudo rei aut rerum id est dictionum stancium pro materia quarum una dicitur transsumens alia transsumpta. Tercia id dicens dispositionem media seu similitudinem. Secundo excedet circumstancias rei comparatas. Tercio requiritur expressa similitudo.

2 **Nominacio est** primus transsumpcionis color quo rem que non habet proprium vocabulum alieno nominamus vocabulo ut fragor arbor flatus ventorum perstrepitu poli. Nominacio fit tripliciter: primo racione multitudinis, secundo racione transsumpcionis, tercio racione magnitudinis agnicionis. Fit etiam quando res non habet vocabulum satis ydoneum propriis ydoneum exprimitur.

3 **Pronominacio** est secundus transsumpcionis color quo causa laudis vel vituperii proprium nomen alicuius aliter in pronominis quasi cognomen. Causa laudis ut quo pulcrum hominem vocamus absolonem et eloquentem tullium. Vituperii aut quo proditorem vocamus iudam. Fit adhuc dupliciter scilicet per se quo fit per consonanciam nominis; per se fit cum significatum trahitur ad oppositum.

4 **Permutacio est** tercius transsumpcionis color quo alicui aliquid attribuimus quod sibi minime convenire valet ut iste est verus goliathan qui est minimus pre ceteris vel minime strenuitatis. Permutacio fit tribus modis: primo in nomine, secundo in verbo, tercio in tota oracione; et primo intellige partes casuales, per verbum partes non casuales que trahuntur ad oppositum sensum.

5 **Translacio est** quartus transsumpcionis color quo aliqua oracio pro excellencia facta transfertur ab una persona ad aliam sive ad bellum sive ad materiam aliam aliter differunt. Est autem translacio primo circa nomen ut id est primo est conditus id est primo est fructuosus. Secundo circa verbum ut vetus insaniunt aurea solet. Fit autem verbum transsumptum tripliciter: primo racione suppositi ut aurea solet, secundo racione appositi ut id est seminat verba, tercio racione utriusque ut os ipse promat dulcia verba. Sit nomen adiectivum etiam tripliciter per transsumpcionem: primo racione substantivi coniuncti in oratione, secundo racione obliqui sequentis, tercio racione utriusque.

6 **Denominacio est** quintus transsumpcionis color quo dictiones consimilis significacionis commutantur. Et est quando una ponitur loco alterius ut continens pro contento, materia pro materiato. Denominacio habet quinque species. Prima cum abstractum ponitur pro concreto, et cum causa pro effectu. Tercia cum agens instrumentale ponitur pro principali. Quarta cum materia ponitur pro materiato. Quinta cum continens pro contento sive fiat pronomen substantivum vel adiectivum vel …

7 **Superlacio est** sextus transsumpcionis color quo causa laudis vel vituperii excedimus veritatem in locucionibus nostris sine hoc quod menciamur propter participacionem illarum rerum in aliqua qualitate vel condicione. Volens uti hoc colore debet tria observare: primo quod aliquis virtutis … in condicione, secundo quod utatur superlativis gradibus, tercio si laudi attinet transsumat a subtilissimis rebus condicionem, si vituperio … abstrahat a vilissimis rebus.

8 **Intellectio est** septimus transsumpcionis color quo transsumimus dictiones per partem et ponimus eam pro dictione sive toto secundum sinodochiam proporcionem. Intellectio fit tripliciter: primo cum numerus singularis ponitur pro plurali, secundo cum pars rei eterogenee ponitur pro toto sed in omogeneis non habet virtutem, tercio cum pars rei notabilis ponitur pro toto et cetera.

9 **Abusio est octavus** transsumpcionis color quo in aliqua oracione non proximum verbum proximum sed loco eius ponitur aliud quod proximum in significacione proprius quod sublatum est. Volens uti isto colore debet scire primo quod sint consimiles dictiones et exemplificabo tibi sic: si dico iste vir est magnus consilio, tunc dico iste vir est longus consilio.

10 **Transgressio** est nonus transsumpcionis color quo quis inter regens et rectum ponit dictionem mediam vel plures vel quando regens ponitur in … Transgressio fit multis modis. Primo modo quando preposicio non ponitur in debito loco respectu sui casualis sed quod vel aliquid mediat inter preposicionem et suum casuale, exemplum ut ille hastilus per mulieris amorem. Secundo quando preposicio preponenda postponitur, exemplum ut ego feci hoc amore obitus. Tercio fit ut in diffinicione exprimitur.

11 **Reversio est decimus** transsumpcionis color quo inter adiectivum et substantivum ponitur aliqua dictio eis impertinens aut plures tales. Aliqui addunt alios quatuor transsumpcionis colores scilicet antonomasiam, metaforam, sinthesim et homotopeiam. Aliqui dicunt quod leniores species transsumpcionis sunt denominacio, superlacio, intellectio, abusio, transgressio, reversio, et alii sunt graviores.

Particio tercia pausa prima

1 **Vicium est** incongruitas absoluta vel excusabilis aliqua racione figurali in dictione vel oracione reperibilis nata secundum sui proprietatem constructionem tollit aut impedire. Et nota quod vicia sunt multiplicia, quedam inexcusabilia, alia vero excusabilia que dicuntur figure. Et postquam actum est de coloribus que ornant sentenciam, iam agetur de eis que deornant scilicet de viciis.

2 **Inexcusabile** vicium est incongruitas absoluta ut sit a nullo sapiente aut docto tollerabilis aut usitabilis propter repugnanciam regularum gramaticalium in construccione orationis. Multi assignant plurima intollerabilia vicia, tamen ego primo ponam vicia partium epistole et privilegiorum et postea ponam alia per ordinem ponenda.

3 **Salutacionis vicia** sunt quinque vicia inexcusabilia scilicet si varietur modus loquendi subpetente tercie persone vel si mittens nimium se humiliat, si recipientis nimium extollit … laudis sine merito, et si debita nimis personis non attribuuntur vel si affectus in salutacione non fuit conveniens … Non enim valet scribere … complacendi quia complacere non vult sibi in omnibus sed sic: … salutem … hodie valeas et agnoscere queas viam salutis eterne.

4 **Vicia exordiorum** sunt quinque inexcusabilia vicia ut scilicet si non repperit … vel excusationis verbis … sit ambiguum … vel si sit amphibolosum vel non moveat audientem. Vicia narracionis sunt quatuor scilicet si sit nimis verbosus, si non habet ordinem, si sit confusa et non probabilis … Viciatur peticio si petatur impossibile aut turpe aut indignum … viciatur si in eo ponuntur dictiones equivoce, si oratio amphibologice, si non debite clausulatum, si non debite coloratum.

5 **Cacefaton** est inexcusabile vicium quo sillaba dictionis aut oracio redditur vocalitate incomposita et in sui integracione etiam contra regulas gramaticales. Aliqui vocant hoc figuram cacosoma … Et dicitur cacefaton ad vocem turpem, cacosoma ad rem turpem … aliquis ponit primo r et r scilicet ad vocem et ad intellectum … cum consonans sepius resultat aut dictio.

Pausa prima

alio quin metus erigit aures

Hiatus est minus concursus vocalium in eadem dictione aut oratio redditur viciosa ex in composita. Nota differunt hyatus et iotacismus quia litera in iotacismo eciam sit vicium rone litere inepte colmatur tum hoc est vocalium ibi consonantium hic fit in simplicibus illic in duplicibus

Collisio est vicium quo finis unius dictionis est principium alterius dictionis in prelacionem recipiens cum eo quod eiusdem repeticione fastidium generat auribus et menti. Collisio est figura in eplasim et etiam vicium quod est figura tunc agit quod si litera ita quod una aliam supprimit sine hoc quod intermittat ut in metris multis fit barbaris scilicet turpe est doctori

Metacismus est vicium quo in eodem metro post m ponitur vocalis aut alia litera ut sit non auferibile ii deponatur una cum silla silba enim insu consillabicatione integrum esse aut figura et vicium et hec tres supra prima vocant poetes ut patet in metro turpe est doctori aliter in metres ut patet in illo metro Militemne vovi etc

Barbarismus est vicium accidens circa literam silbam tempus et tonum addicione subtractione mutacione grecisi a sonum faciens cacefonicum. Et est dictus a primis grecisimus alias fonicus. Nota barbarismus in communi sermone est vicium inexcusabile sed in poemate est excusabile fit autem sex modis scilicet in accentu in scriptura in subtractione in addicione et hec diligenter nota. Remedium barbarismi est metaplasmus

Soloecismus est vicium in contextu ordinis locucionis aut oracionis assumens simpliciter contra regulas grammaticales artis. Nota quod eis sunt famosiores in grammatica deux scilicet et est soloecismus circa ordinem aliter dicitur barbaritus et soloe scilicet tibi penitus fugiende idest quia nullam habet in excusantem tamen patet dicta quod scema est ut excusans a soloe dicitur aut soloecismus ut tunc a mos moris quia mira tunc corruptum proferebant latinum

Iotacismus est vicium quo circa facie una litera sequitur alterius sonum non duplicandum duplicando sine tone aut ut hic in maximo differt iotacismus ab hyatu ut supra dictum dicitur aut iotacismus a iota quod est duplico et tasinus sonoritas. Committitur autem maxime circa illas dictiones que duplicant literas ratione ut cattus scilicet hoc ut duplicandum hic aut non alleotecta

Amfibologia est vicium in contextu ordinis quo propter equivocacionem et inflectenciam dictionum diversas sententias oracio redditur dubiosa in sensu. Fit autem multis modis primo fit extra sensum secundo ex verbo infinitivo tercio ex diversa declinacione quarto ex equivocatione quinto que pluribus substantivis attribuitur verbum adiectivum sine distinctione aut sine pausa

Antropospatos est vicium quo deo attribuimus eas proprietates quas homini solemus attribuere aut econtrario homini que soli deo sunt apposita. Nota antropospatos est color est figura et est vicium in proprietatis huius est quia finiti ad infinitum nulla est proporcio. Fit autem assimilacio hec ideo quia ad sensualitatem nostram ponimus fantasmata sensualia

Tapinosis est vicium quo quis humiliat rem magnam et quasi ab alto deiectam ad terram prosternit. Et dicitur a tapro quod est calco vel a tapeto quod pedibus ambulancium substernitur. Tapinosis est color figura et vicium. Color quo notatur lingua humana insufficiens expressio i. fictiva est quo arctat similitudo vicium aut quo nichil bonum adest etc

Perissologia est vicium quo quis alicui oracioni addit plures dictiones sine vere intellectionis necessitate. Est color et figura et vicium exemplum ut quo poterant ibant et quo non poterant ubi illa oracio ponitur supflue non quo non poterunt. Et dicitur a peri quod est super et sos quod est sonus et logus sermo quasi superfluus sonus vel superfluus sermo

Macrologia est vicium quo quis multiplicat sua locucione ordines minus necessarias in aliquo sermone addiciendo aut in explicando ex mandare ne videar ubi omnes vero valent idest ne inutilitur laborantem vel pertrahens dicenda. Et dicitur a macros quod est magnum et logos sermo longus quasi sermo longus macra etc

Acirologia est vicium quo quis dictiones repugnantes aut alias incombinabiles simul coniungit sine ratione aut utilitate manifesta ut spero laborem timeo requiem cum requies nunquam timeatur cum sit bonum nec labor speratur cum sit molestatum. Et dicitur a ba quod est sine et ciros manus quasi non manualis sermo et continetur sub soloecismo ex aut si dico timeo deum cum sit optimus tale aut non sit timendum

Pleonasmus est vicium quo quis supflue addit aliquam dictionem non sermo in maiorem ad plenam sermonis habendam sine racione aut necessitate cogente et dicitur pleonasmus quasi plena et avara locucio pro sermone necessitate vel dicitur a pleo quod est superatum et onoma nomen quasi superacuitas nominis sicut si dicitur ex locutus est ore ibi hec oracio addit supervacue quod sufficit locutio sine more

Tautologia est vicium quo quis in aliqua oracione repetit dictiones idem sonantes preter necessitatem et in sono tantum et non vocem dicitur amplificacione quia mutacio fit et in utrumque tautologia et in sensum tamen dicitur a tautos grece quod est vicium latine et logos sermo quasi

Cacosinteton est vicium quo quis incomposite iungit partes indeclinabiles cum suis declinabilibus partibus ex ut nomen te pia ...tur ubi nescitur an hec te dicitur verbo vel preposicione dicitur a cacos quod est malum et sin idest cum et thesis posicio quasi mala composicio dicitur a cacefaton i. turpis sonoritas dicitur cacefaton composicio dicitur cacosinteton

Alleoteta est vicium quo dictiones inepte coniunguntur sub diversitate casus numeri persone vel tempus casualis aut quolibet aliter incombinabiliter contra regulas grammaticales. Et fit multis modis primo modo in numero secundo casu tercio in persona quarto genere et est omnis inconstructas in excusabilis hec locum. Et dicitur ab al idest aliena et thesis posicio quasi aliena posicio dictionis ad dictionem

Labdacismus est est vicium quo quis in voce vel scripto pro una l ponit duas vel r vel s aut pro una litera non geminanda geminat magnum vicium est medium inter prothesin et auferesim quia quod subtrahitur non subtrahendum sit auferesis quod additur non addendum sit prothesis

Macrotecnismus est vicium quo coniunguntur per coniunctiones dictiones dissimilium casuum. Nota non est vicium in quinque casibus primo si non coniungit dictiones non eandem respicientes secundo si non sit coniunctio copulativa aut disiunctiva tercio si requiruntur ex eadem vi ut plenus gracia et veritatis eciam in quarto quando ... et potius ut sortes est melior platone

Celeboria est vicium quo duo nomina substantiva ponuntur sine coniunctione media sine hoc quod faciant apposicionem aut aliquod earum ponatur in recto excipitur ab hoc vicio quinque casus primo si tales casus ponuntur in diversis ordinibus ut homo autem asinus movet secundo si ambo respiciunt ab eodem regente ut docto iohanne grammaticam tercio si fiat sine medio ut petrus et paulus currunt quarto in apposicione quinto in eadem re ut ihesus christus deus

Particula prima

24 **Paranomia** est vicium quo aliquod copulatum ex duobus aut pluribus sinonimis respectu qualitatis sinonimie aut uno pro et altero appellatur nichil sine ponitur respectu ubi pluralis numerus aut si fuit copulatum extremis singularibus non sinonimis et suppositionibus et ponitur respectu ubi singularis numerus. Excipiuntur quinque casus primus quando coniunctio copulativa copulat terminos ut talis est verus; secundus quando coniunctio copulativa sumitur expositive vel explective ut legere et non intelligere est negligere; tercius quando ista singularia pertinet ad eandem rem ut usque et inmortalis deus vult omnes salvos fieri; quartus quando hoc genitivum non habet se ut tale suppositum unde non dicimus homines vigilat et dormit; quintus si sit copulatum ex termino singulari et plurali unde non dicimus petrus et asini currit.

25 **Disonicosmos est** vicium quo aliquod disiunctum ex dictionibus non sinonimis respectu qualitatis aut uno pro et altero appellatio aliquod actualiter inclinante ponitur respectu ubi singularis numerus aut disiunctum extremis singularibus sinonimis respectu ubi pluralis numerus vel disiuncto et alto appellatio in significante hoc est manifeste marcus tullius currit petrus vel paulus sed sunt petrus vel asini currit petrus vel asini currunt.

26 **Nugatio** est eiusdem inutilis repeticio in voce et significatione dicitur in significatione quia hos mortales flores sed tamen precipue ut rosa flores produxit ex quo non sit nugatio licet etiam dicitur aliquando quod nugatio vox sit eadem in altera parte eius correspondent in quo aliter differt a tautologia supra dictum est etc.

27 **Acirologia** est vicium quo quis dissentitur a modo locucionis usitate ad inusitatissimum modo dato quod etiam regulis grammatice esset conformis locutio. Acirologia est vicium et est figura et est color sed differunt quia quando fit discrecionis aliud cum racione reddita color est quando sine racione tunc est vicium.

28 **Barbaralexis** est vicium quo quis litteris latinis intermiscet dictiones extraneas cuiuscumque alterius ydiomatis exemplum de ytalico more alios more in parte predicta more et possem de quo exemplificatio videre differt a barbarismo penes id quod diffinitio excipiunt et plures condiciones non sunt inclusas sub barbarismo sicut quidam conabantur.

29 **Eclipsis est** vicium quo quis littere per abstractionem aliquam principalis dictionis locutionis reddit obscuritatem ita quod in claritatis intellectione redditur nubila dicitur adiciatur et eclipsis grece quod est extra et lepsis defectus i. subtractio quasi subtractio unius ubi orationis contextu dicitur aut eclipsis in similitudine defectus luminis lunaris seu solaris ita hic fit obumbracio intellectus propter aut etiam hoc fieri ex verbositate.

30 **Asyndeton est** vicium quo aliqua oracio reddit viciosa propter disconvenientiam adiectivum cum suo substantivo in genere numero et casu aut quia exprimitur adiectivalis donec expresse quod tamen sufficient inclusa erat in suo substantivo. Excipiuntur ab hoc vicio tres casus primo si fit insignificativa oracio exemplum ut iohannes et tria naves albi; secundo quando non committitur regimen partitivum vel possessivum sicut una sororum domus asinorum; tercio si absolucio fiet in 1o casu hinc ut albus vir est ad omnem disconvenientem.

31 **Constructionis vicia** sunt vicia quo scilicet dictio casualis aut suppositionalis prime persone reddit suppositum verbo secunde persone aut tercie aut dictio secunde persone reddit suppositum verbo tercie persone aut est vicium quomodolibet in constructione contingens. Excipiuntur quatuor casus primo si fiat in oracione significativa quia ista est gramatica turba ruunt pars lectorum; secundo in collectivis ut turba ruunt; tercio si oracio ponatur loco suppositi ut sortes et plato currunt quia tale verbum nullius est numeri; quarto non valet ergo si absolvetur ab aliquo tali actu inter

32 **Locutionis vicia sunt** vicia exceptis hiis magis quam vocis incongruitatem inducta racione cuius fiunt cacofonia, in sermone ornata locucione rethoricali necesse est tamen ne quis loquatur similia vel quecumque quod obrigescere faceret auditoris mentem hec non quis incidit in alia vicium incurrit in consuetudinem.

33 **Demonstrationis** vicia sunt vicia quibus demonstrativum et suum demonstrabile conbinantur ad contra regulas grammaticales sub disconvenientia generis et numeri ubi conveniant debent et contra eufoniam grammaticalium regularum. Excipiuntur tres casus primus ubi implicate quod licet in voce disconveniunt ut hoc meus primum; secundo in subintellectione ut mei asini currunt ubi subintelligitur homines; tercio ubi fit absolucio et in demonstratione ad intellectum.

34 **Interrogatoria vicia** sunt vicia quod interrogativum et suum responsivum in dictione non convenienter et precipue in casu quantum non videtur et in interrogativum qualitatem. Excipiuntur tres casus primus quando non regunt ab eodem regente exempli eadem et ex eadem ut quem vidistis pastores bene dicitur quia est quem vidimus in presepio ubi licet petrus est nostri et alii quem tamen; secundo ubi fit responsio per nomen possessivum ut cuius est liber dicitur meus; tercio quando regunt ab eadem dictione habente regere diversos casus ut quo liquore est plenus dicitur quo.

35 **Relatoria vicia** sunt vicia quod relativum et suum antecedens inepte conbinantur secundum genus aut numerum aut casum. Excipiuntur quinque casus primo in articulis relativis licet non quod non tamen est vicium exemplum homo est volis qualia non sunt bruta; secundo insignificativus ut virga et baculus tuus ipsa me consolata sunt; tercio in diversis relativis non ut hoc est volis et alia sunt unde quod in reciproco non est vicium ut sortes diligit suas sorores; quarto si aliquod hoc subintelligitur ut rex est carnotisatus quod puerulum omni ubi licet civitas subintelligitur.

36 **Regiminis vicia** sunt vicia quia regens non habet illum casum quem regere debet secundum grammaticalem et hec includit multa vicia in grammaticalibus regulis contenta que sufficiant dentur partive exercitus in grammatica debes autem scire que verba regunt nominativum quod genitivum quod dativum quod accusativum quod ablativum et an secundum quem casum regit nullus eiusdem omnis sunt obliqui etc. que indicatur eiusdem omnis modi et principia et ipsa abeis (?) dementia

37 **Substantivorum** verborum vicia sunt vicia quia verbum substantivum verbum vel eorum vim habens non regit similes casus ante et post. Excipiuntur tres casus primo si pertinent ad eandem rem ut liber est iohannis; secundo si reguntur ab eodem regente ut o iohannes sis iustus ubi iustus est nominativus casus et iohannes vocativus; tercio si cum eo ponitur aliqua dictio aliam exigens ut ego sum plenus vini vel vino.

38 **Comparativorum** vicia sunt vicia quia comparativus iungitur in oracione alterius casui quam ablativo utrumque numeri sine preposicione et hoc tamen in comparatione nominali et adverbiali. Excipiuntur tres casus primo in regimine partitivo non fit vicium ut sortes est fortior hominum; secundo si ponitur per vim ut plenius vinum ubi licet vinum regitur ab isto hoc particulo virtute eius positum; tercio si imputatur res non secundum excessum tamen comparatum.

39 **Superlativorum vicia** sunt vicia quia superlativum non conbinatur debite in oracione casibus quos regere deberet scilicet genitivo plurali vel singulari nominis collectivi sed aliis. Excipiuntur tres casus primo sine preposicione ut sortes est amabilissimus in; secundo per modo deficit ut sortes est albissimus eodem; tercio quando non est casus ponitur per superlativum ut sortes est fortissimus

40 **Singularitatis est** vicium quo quis in locucione terminum distributum addit termino non distribuibili aut confusivum non confusibili ut scilicet simus distribuibilis addetur termino mere singulari oracio esset incongrua exemplum quod sortes currit est incongrua sed dicta quod petrus est inmabilis est

Epistolaria vicia sunt octo vicia scilicet discordancia incongruitas abruptum altitudo mutacio non observancia personarum ... competentium recessus dictionis lesio ... sualis ... discordancia fit quando partes epistole non concordant abruptum fit quando dictator ... ad imprimens ... altitudo ... nocumentum.

Vicia verborum sunt septem vicia quorum primum est ineptitudo verborum et in eis dissonancia ... secundum inepta transsumpcio ... suspensio ... ambiguitas ... dubium ... verborum posicio ... inepta ... divisio. Vicia littere sunt tria vicia scilicet hiatus ... consonancia. Vicia oracionis sunt quatuor vicia quorum prima incongruitas secundum barbarismus tertium inepta relacio quartum inepta adiectivi cum substantivo aut appositi cum supposito confirmacio.

Vicium est ... dictionis vel oracionis reddens oracionem viciosam tollerabilem alias intollerabilis fiunt hee inproprietates sunt hiis quatuor modis primo addicione secundo diminucione tertio divisione quarto conglutinacione quinto mutacione dicitur autem tollerabile aut propter necessitatem aut poetice licenciam aut ornatum etc. Hee figure non faciunt incongruitatem simpliciter et propter hoc tollerantur ille autem que simpliciter incongruitatem faciunt non tollerantur ille aliqualiter ornant iste autem totaliter decorant.

Methaplasmus est una ... sermonis ... transmutacio ... metri vel cause faciens remedium propter barbarismum. Secundo methaplasmus habet sub se multas species quia interdum fit quando aliquid additur diminuitur et tunc species eius sunt prothesis et sic ibi eclipsis a aliquid diminuit tunc species eius sunt eclipsis. Et dicitur a meta quod est trans et plasma formacio quasi transformacio dictionis vel ordinis.

Prothesis est prima methaplasmi figura qua additur littera vel sillaba preter necessitatem ad principium dictionis contra consuetudinem usitati sermonis. Opponitur prothesis aferesi ... cuius consuetudo usitati sermonis et mutacio ... interdum causat ... ornatus aut necessitas. Et dicitur prothesis a pros quod est ad et thesis positio quasi apposicio.

Epenthesis est metaplasmi figura qua ultra communem orthographiam ad medium dictionis apponitur littera vel sillaba causa metri ornatus aut imitacionis. Secundo nota quod opponitur sincope exemplum de littera ut relliquias ubi tamen una l sufficeret exemplum de sillaba ut induperator pro imperator. Et dicitur ab epi quod est in et thesis positio quasi etc.

Paragoge est methaplasmi figura qua metri ornatus imitacionis vel causa de fine dictionis additur littera vel sillaba contra solitum modum loquendi ... et contrariatur autem apocope dicitur autem a para quod est iuxta et gogos dictio quasi iuxta dictio vel iuxta positio littere vel sillabe ad dictionis finem.

Aferesis est methaplasmi species qua aufertur littera vel sillaba a principio dictionis ut sit prothesi contraria. Nota diligenter quod aferesis sincopa apocopa ectasis sistole diastole eclipsis sinalimpha ectlipsis sunt cesure species ... id est ... quia ... quod ceditur seu amputatur metro aut dictione.

Sincopa est methaplasmi species qua aufertur littera vel sillaba de dictionis medio necessitatis ornatus imitacionis vel causa. Secundo nota quod ei opponitur epenthesis. Et dicitur a sin quod est con et copos cisio quasi concisio littere vel sillabe de dictionis medio ut amasti pro amavisti. Causa autem hec fit causa necessitatis et quando causa ornatus et quando causa imitacionis committitur.

Apocopa est metaplasmi species qua aufertur littera vel sillaba a ... dictionis fine et hoc ornatus necessitatis imitacionis vel causa exemplum de littera ut ... de sillaba ut ... Et dicitur ab a quod est sine et copos finis quasi dictio sine fine quo abscisa est. Opponitur autem apocope contrarie est paragoge.

Ectasis est methaplasmi figura qua in metro extenditur sillaba contra naturam ... quasi extra statum ... totaliter posita mutat significacionem ... Et eius species sunt quatuor prima penthemimeris et est quando prima sillaba temporis naturaliter brevis producitur quod tamen est contra ... sillaba in metro ... in penthemimeris qua in prima sede pedis ... hepthemimeris ... post hepthemimeris.

Sistole est methaplasmi figura quo in metro necessitatis ornatus aut imitacionis causa sillaba naturaliter longa corripitur. Et dicitur a sin quod est con et stolon missio quasi contractio in unum tempus immissio. Ectasis ... in ... prima ... pede ... in ultima dictionis sillaba. Et contrariatur huic figure quia ibi extenditur hic vero curtatur.

Diastole est methaplasmi figura quo sillaba naturaliter brevis producitur in metro causa ornatus necessitatis aut imitacionis. Et dicitur a dia quod est duo et stolon missio quasi unius temporis in duo commissio. Possunt sistole et diastole esse species sinalimphe et eclipsis quia per eclipsim et sinalimpham ... deprimitur littera vel sillaba sed ... [illegible]

Eclipsis est metaplasmi species qua ... necessitatis vel causa in ... quando alia dictio a vocali inchoatur ut ibi tu ... alme deus ... a morte redemptum et hoc fit in scandendo tamen et non in scribendo. Nota ista figura et sinalimpha ... dicitur a sin ... quod est con et ... positio quasi iuxta positorum dissolutio.

Sinalimpha est methaplasmi species qua in scandicione aliquis metri abicitur vocalis de fine dictionis ... dum sequens dictio a vocali incipit causa ... sed ... quia in metro scandi ... una vocalis sequitur aliam sed in divisis dictionibus in eodem metro et fit in scandendo et non in scribendo exemplum de sinalimpha ... in primo metro ... etc.

Eclipsis est defectus dictionis primo necessarie quod desiderat constructa sua ad intellectum ... Eclipsis est vicium et figura et color. Color est quando fit ... urbanitatis abstraccio necessarie dictionis vicium autem quando nimis abstrahit intellectum et sensum etc.

Aposiopesis est methaplasmi species qua causa ornatus subtrahitur ... quam ... desiderat ... est cum incipimus loqui de aliqua re et residuum non perficientes silencio vel altius sermonis interrupcione ... ab yppos quod est sub et ... passio vel subintellectio eo quod illud quod ... non exprimitur sed datur subintelligi.

Dieresis est methaplasmi figura qua dividitur sillaba in duas sui partes ... sinerisi contraria fit autem hoc dupliciter primo in sillabis ut ... secundo in temporibus id est quod una longa sillaba dividitur in duas breves. Et dicitur a dia quod est duo et ... divisio quasi in duas divisio.

Sinerisis est methaplasmi figura qua due sillabe in unam conglutinantur ornatus necessitatis imitacionis vel causa. Non solum autem hec figura habet fieri in litteris vel sillabis sed etiam in temporibus et secundum hoc habebit concordanciam cum diastole. Et dicitur a sin quod est contra ... quasi sine ... contrariatur autem dieresi vel ... epalimpha.

Antitesis est methaplasmi figura qua in aliqua dictione aut metro aut causa ornatus una littera ponitur pro alia in dictione aut metro sicut olli pro illi hic o ponitur ubi debet poni i similiter dispulina pro disciplina ubi li pro ...

ponitur pro li a. Et dicitur abanti quod est contra et thesis posicio quasi iuxta posicio vel contra posicio litere verso ordine

19 **Metatesis est** metaplasmi species qua in aliqua dictione aut in metro transfertur litera in sillaba sine hoc quod aliquid pereat aut auferatur addicione. Et dicitur a metha quod est trans et thesis posicio quasi transposicio litere vel sillabe. Et nota quod omnes iste species metaplasmi sunt concesse tamen non usitate sed tamen non possimus evitare tamen.

Pausa tercia

1 **Scemata sunt** figure soloecismorum remediantes ac excusantes vicia ornatus necessitatis vel causa finaliter inveniente dicitur ornatus quia scemata sub varietate sinonimum formis tollunt fastidium verborum et eloquiis venustatem inducunt. Necessitatis autem est ut per eos transgressiones regularum grammaticalium rectificentur. Nomina autem earum sunt hec.

